

www.e-rara.ch

Athanasii Kircheri ... Iter Exstaticum Coeleste

Kircher, Athanasius

Herbipoli [i.e.Würzburg], 1671

ETH-Bibliothek Zürich

Shelf Mark: Rar 4199: 1

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-1231>

Scholium II. An astra moveantur ab intelligentiis?

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

SCHOLIUM II.

An astra moveantur ab Intelligentiis?

*Astra an
moveantur
ab Intelli-
gentiis.*

Celeberrima est jam inde à primis Philosophia & Astronomia, *Cac. fortassis, etiam Mundi post cataclysmum reparati incubulis, de cælorum aut astrorum causa motrice, controversia. Alii enim existimant, moveri à propria forma, seu ab intrinseco, ne forma illa sit otiosa, & inferior formis elementorum. Alii moveri quidem à propria forma dicunt, sed quæ esset anima intellectiva, aut sensitiva, aut vegetativa, aut ab his omnibus distincta. Alii immediate à Deo moveri asserunt. Alii denique olim & nunc communiter existimant, seu cælum cum sideribus, si solidum est cælum, seu sola sine cælo sidera, si fluidum est, moveri ab Intelligentiis seu Angelis, tanquam assistentibus, & immediatis causis effectivis, non autem tanquam ab animabus informantibus cælum, atque adeò moveri ab extrinseco principio, sed creato. In hac opinione est Auctor noster, ut vidimus in Prælusione præcedenti Num. ult. pro qua Ricciolus lib. 9. Almag. Novi Sect. 2. cap. 1. tot. adducit Auctores antiquos ac modernos, & tot Scripturæ sacræ testimonia, ut concludere audeat, Licet nec metaphysicè, nec mathematicè, sed ad summum physicè aut moraliter demonstrari possit, cælum aut sidera moveri ab Intelligentiis; spectatâ tamen auctoritate tum sacrâ, tum prophanâ, dicendum est, moveri ab Intelligentiis. Auctores referam in Mundo Mirabili. Testimonia sacræ Scripturæ hæc sunt: Sub quo curvantur, qui portant orbem, Job. 9. Columnæ cœli contremiscunt, Job. 26. Cùm me laudarent astra matutina, & jubilarent omnes filii DEI, Job. 38. Virtutes cœlorum movebuntur, Matth. 24. Quæ testimonia multi Sancti Patres de Angelis exponunt, uti & alia loca Isaiæ 40. Jud. 5. Baruch. 3. ut ibidem videbimus; ubi etiam contraria argumenta solvemus, & rationes seu congruentias pro hac sententiâ asseremus.*